

De problemate theologico

1. Accurata huius problematis intelligentia tradi non potest inde ab initio. Nihil hic intendimus nisi generales quasdam indicationes praebere, quae nostrum procedendi modum aliquatenus fundent atque explicent.

2. Praeter theologiam quae in libris sacris VT et NT iam contineri dicitur, distingui possunt theologia patristica, theologia mediaevalis, theologia classica (inde a saec. XVI), et theologia contemporanea.

(a) Theologia patristica maxime in determinationibus conciliaris continetur: de divinitate Filii, de divinitate Spiritus sancti, de unione hypostatica seu personali, de duabus Christi naturis, proprietatibus, operationibus naturalibus et voluntatibus, de peccato originali et de gratia praeveniente.

Praesertim theologia graeca novos terminos non-biblicos introduxit: homocousion, hypostasis, phusis, energein, thelein.

(b) Theologia mediaevalis quaestionibus satisfacere voluit.

Modo pure speculativo: ita Anselmus qui omnes quaestiones difficiliore et speculativas movit, de Trinitate, de fine Incarnationis de lapsu angelorum, de peccato originali, de praescientia divina, de praedestinatione, de gratia et libero arbitrio.

Modo magis concreto, qui documentis inhaeret:

Abaelardus, Sic et Non, 158 propositioes earumque contradictoria, stabiluntur ex scr., PP., rationibus.

Gilbertus Porretanus: existit quaestio si et solummodo si auctoritates vel rationes solidae adduci possunt pro utraque parte contradictionis.

Unde quaestio: Videtur quod non... Sed contra est...
Respondeo... Ad primum... Ad primum alterius partis... De Vr q. 24 a 1²

Unde summae: ut multis qq cohaerenter respondeatur, requiritur terminorum fundamentalium complexio sibi cohaerens

Unde usus Aristotelis: apud S. Thomam termini fundamentales sumuntur ex Aristotele vel analogice construuntur ex terminis Aristotelicis.

Unde conflictus Augustino-Aristotelicus: Thomistae utuntur tamquam ancillis non solum logica sed etiam philosophia et scientiis aristotelicis; Scotistae logicam accipiunt, philosophiam et scientiam respuunt

Unde habentur: theologia ut intelligentia fidei (participatio ~~xixixm~~ scientiae divinae et beatorum) analogiis naturaliter notis et cohaerentia mysteriorum inter se utens.

Theologia ut logica fidei: notae theologicae summa cura determinatae; qq de absolute possibilitate huius, de demonstrabilitate illius; omissa cura intelligendi, principia evanescent, et oritur scepticismus saec. XIV.

(c) Theologia classica [Tridentinum *reaffirmat positum sollicitudine de* ^{Traditionum} _{sanctissimae} _{sacrae} _{scripturae}]

Tit 1, 9: ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere. Paulus de episcopo (v. 7); Cano de theologo. E Marcotte, p 87 cf. 90 s. Theologus Christi miles, p. 94 s.

Decem loca: Scriptura, Traditiones Christi et Apostolorum, Doctrina ecclesiae, conciliorum, RR. PP., Patrum, Scholasticorum, disciplinae humanae, philosophi, historici.

(d) Theologia contemporanea.
Vaticanum, De fide et ratione. Aeterni Patris. Pascendi.
Deus scientiarum Dominus. Divino afflante Spiritu. Humani generis.

Transitum est ex ideali scientifico aristotelico ad
realitatem scientiae modernae:

certa rerum per causas cognitio: scientia est non certa
sed semper probabilior; non tam est per causas, quam per x fixas
quasdam relationes inter magnitudines ($s = gt^2/2$).

motus ex termino intelligitur: motus in se ipso per
calculus infinitesimalem intelligitur.

nulla scientia tractat illud quod est per accidens:
dantur scientiae statisticae, leges statisticae.

scientia est de necessariis: scientia est de intelligibilitate
empirica, de conveniente, de eo quod aliter esse posset sed de facto
sic est.

scientia est de universalibus: scientia procedit ex univer-
salibus abstractis per intellectum motum, per accidens, ad genesis
rerum et eventuum concretam

Transitum est ex conceptualismo classico circa res humanas
ad cognitionem historicam civilizationum, culturarum, religionum,
idearum, philosophiarum, scientiarum, artium.

Conceptualismus classicus concipit hominem ut semper
essentialiter eundem, animal rationale; concipit iura hominis
universalia, secundum constructionem quamdam idealem de eo quod
esse debet; caetera habet ut per accidens, positiva, minoris momenti.

In forma catholica: conservare ecclesiam traditionalem,
monarchiam traditionem, consuetudines traditionales; nihil novi
admittere nisi omnibus manifestum sit eius praesentia

In forma deistica: religio naturalis (ex sola ratione);
status secundum naturam humanam (aequalitas, libertas, fraternitas).

E contra romanticismus: ad particularia, singularia,
positiva, subiectiva, etc., quam maxime recurrebatisque delectabatur

Philologia (F. Wolf): ex lingua exacte cognita totam
culturam alicuius populi secundum omnes aspectus reconstituere;
unde ideale studii historici circa legem, statum, religionem,
moralitatem, artem, litteraturam, oeconomiam, etc

Unde intelligitur homo secundum particularitatem epochae,
culturae, nationis, occupationis; homo concretus, non est abstractum
quoddam ideale (animal rationale) sed evolvitur in ambiente
contingenti secundum suam libertatem.

In rebus humanis positiva, per accidens, pertinent ad
concretam essentiam; quae tamen sine libertate non determinantur.
Scientia non solum est tantummodo probabilis, sed etiam obiectum
scientia non est aeterna quaedam essentia sed temporaliter evolvens
individuum successio atque evolutio.

Transitum est ex philosophia graeca, ex realismo dogmatico
(verbi Dei, dogmatum, methodi scholasticae) ad philosophias
quae cum scientiis modernis earumque methodis arcte connectuntur.

Descartes (Galileo, Methode), Spinoza (De emendatione
intellectus), Leibnitz (mathematicus notabilis), Kant (methodus
transcendentalis, arcte cum mechanica Newtoniana), Hegel (cum
interioritate, cum historia, cum scientia humana sui temporis).

Antiquari,
liber